Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

SALVUM ME FAC DNE QM

DEFECIT SCS · QUONIÁ diminute sunt ueritates afiliis hominũ ⁊

Vana locuti sunt unusquisque adproximũ suum · labia dolosa incorde & corde ÷ locuti sunt · ⁊

Disperdat dnṡ uniuersa labia dolosa · linguam magniloquã ⁊

Qui dixerunt linguã nrãm magnificabimus · labia nostra anobis sunt · quis noster dnṡ est ⁊

Salvum me fac exclamat addnm subito prophete · petit se salvum fieri abillo · aquo ueram medicinam noverat muenire · dicens scm deesse ⁊ aliter enim sc̃s deficere nonpoterat nisi fuisset inter homines ueritas imminuta adelictis hominum ⁊ uerum cum dicit deminutas · euidenter ostendit depravata dī munera · exculpis hominum & conlata beneficia · propria peruersitate maculatu ⁊

Disperdat dicitur contra iudaeos ut passim pereant qui se inunc prauitate collegerant · Lingua magniloqua est · quę sibi aliquid magnę potestatis assumit · & nebic inbono linguam magniloquã accepisses · prae dixit ⁊ Labia dolosa · non hominibus · quia aliqui conuertendi erunt · sed ipsis utilis maledicit ⁊

Vana · falsa significat · quando contra dnm testimonia falsa quęrebant · Tunc imminutae sunt ueritates · proximos dicit non tantum cognatione generis · sed socios inparticipatione sceleris ⁊ In corde & corde · quoties uolumus dolosos ostendere · duplicia eorũ corda declaramus · quando simplices unum cor in eis esse testamur ⁊ Locuti sunt · ut sub iudices · malu ⁊

Illos exponit qui inpsperis rebus se iactantes gloriam suam exaltare presumunt · et sibi ipsis deputant non adō accepisse · Istud quis noster est dnṡ · Sacrilegorum uerba sunt contra dicentium se uero dō ⁊